



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 26. Quid si violentia extra territorium Leodiense ab incolis tamen  
Leodiensibus committatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

judexne deferret, pecunia fuerit corruptus, aut concussionem vitioſe affectu per-  
culſus ita cenſuerit, quod haud quaquam præſumitur, uti oſtendimus alio in loco.  
Indetenim in dubio juſtitiæ zelo motus ſemper eſſe præſumitur. l. 2. verſ. quod non  
advenitur. C. de offic. civi. jud. ubi Bald. Alciat. de præſ. Reg. 3. præſ. 9. nu. 1. neque obſtat  
ratio & auctoritas citata per Cevallum. Tum quia is loquitur de jure ſpeciali Hiſpani-  
cæ. Tum quia textus ab eo citati utuntur verbo videtur, quod impropriè deſig-  
nat. glo. Clem. 1. verſ. proprie de offic. ord.

QUÆSTIO XXV.

Quid ſi pars non appellat à ſententia judicis corrupti.

SUMMARIUM.

- 1. Fatalium lapſus non impedit officium
- 2. Illicitum non ſit licitum, ſi peruenias ad finem licitum.

**R**eſpondeo, non impediri, quò minus poſſit ad hoc tribunal recurrere, ut nec  
ſi patiatur appellatiõem fatalium curſu intermori, vel etiam duabus aliis con-  
formibus ſententiis confirmati, Hippolit. de Marſiliis ſing. 646. illicitum enim  
à poena non excuſatur, ſi illud poſtea contingat ad licitum finem pervenire, l. deſer-  
varr. var. reſtom. 1. par. 2. de Matrimonio cap. 8. §. 12. num. 24. fol. 238. Baribol. in diſput.  
incip. jud. & confer. ſing. juris quærela. Idque niſi expreſſo conſenſu condemnati, ſen-  
tentia judicis corrupti ratificetur, Covar. d. §. 12. nu. 34. & ita contra Decium, in cap.  
ſupe de appell. tenet Covar. d. loco.

QUÆSTIO XXVI.

Quid ſi violentia extraterritorium Leodiense, ab incolis tamen Leodien-  
ſibus committatur.

SUMMARIUM.

- 1. Violentia extra territorium non eſt hujus cognitionis.

Ddd 3

Reſpon:



**R**espondeo, jurisdictionem vigintiduumviralem non concernere. Pax enim hæc aut constitutio statutaria casum extra territorium contingentem non aspicit, *Gail. lib. 2. obs. 124. num. 9.* & ita fuisse judicatum multis ab hinc retro annis probè memini.

QUESTIO XXVII.

An appellatio & quærela vigintiduumvitalis possint concurrere.

SUMMARIUM.

- 1. Appellatio & quærela proponi possunt coram diversis.
- 2. Non appellans potest recurrere ad vigintiduum viros.

**R**espondeatur posse, Licet enim gravaminis reparationem quærere appellatio- nis ope, & quærelam apud syndicatores, quibus non ineptè quoad minus tamen vigintiduumviri possunt comparari, proponere, *Paris. de puto de judi- catio. Innocent. cap. scope in fine de appell. quod & ego in remedio appellationis con- servatorie alio in loco ostendi. Imo & qui non appellavit, potest vigintiduumvirale tribunal implorare, Paris. de judicatu verb. an stante num. 6. fol. 352. Innoc. cap. sacro de sent. excom.*

QUESTIO XXVIII.

Indices vigintiduumvirali sententia condemnati, an infamiam incurrant.

SUMMARIUM.

- 1. Infames sunt qui ob sordidam sen- tentiam demandantur. non est.
- 2. Culpa lata condemnatus infamis
- 3. Culpa non lata qui est, non est mala fidei.

**R**espondeatur quod sic, si ob sordes aut infami dolose causa sint condem- nati, *S. suspectus inst. de suspect. suor. Alciatus l. magna negligentia ff. de verb. sig. l.*